solt geredrt werden, mag der richter solch peen jn ain anndere verkeren, vnd getrennkt werden, wann, so sein mishandlüng awsgemütt vnd fürsacz ist beschehen vnd der grawslichisten mishanndlung aine volbracht hat, sol er vom tod nicht enthebt werden. Vnnd das solh vnser anntwort grundt zu haben gesehen werde, wellen wir hernach anzaigenn der rechten thün.

(Die Citate aus dem corpus jur. civ. sind in dem nachfolgenden Rechtsgutachten durch den Druck hervorgehoben.)

Nam Cinus in l. j. C. *Si aduersus delictum*[1]) ex mente Petri concludit: quodsi minor deliquit, ex animo aut preter animum; si ex animo, aut ciuiliter aut criminaliter. Et cum in hoc casu nostro agatur criminaliter, et sit de atrocioribus delictis, non subuenitur in aliquo. Nam doctores in minoribus ponunt hanc theoricam, quod minor aut est pubes aut impubes, et si est impubes, aut est infans aut proximus infancie aut proximus pubertati. Et dicitur infans minor septem annorum. C. *De jure deliberandi.* l. *Si infanti*[2]). Proximus infancie est a septem annis vsque ad vndecimum cum dimidio masculis, ffemina uero a septem vsque ad nouem cum dimidio. *Insti*(tutiones) *de inutili*(bus) *sti*(pulationibus) C. *pupillus*[3]). Et hij si delinquunt nullomodo puniuntur. ff. *De falsis* l. *Impuberem*[4]). Et ff. ad l. *Aquiliam* l. *Sed et si quemcumque*[5]). Si autem est pubes vel proximus pubertati ff. *De regulis juris.* l. *pupillum*[6]): tunc regulariter omne delictum cadit in impuberem, qui dicitur doli capax. ff. *De furtis* l. *Impuberem*[7]). Et in hoc casu aut deliquit culpa, et tunc minor in nichilum punitur beneficio restitucionis in integrum. C. *Si aduersus delictum.* l. j.[8]). Idem in sene, qui si culpa deliquit punitur micius. ff. *De ter*(mino) l. ij.[9]). — Aut pupillus deliquit dolo et criminaliter conuenitur, prout est in casu nostro, et crimen est atrocissimum, et tunc nullomodo ei subuenitur. l. *Auxilium.* C. *in delictis.* ff. *De minoribus*[10]).

---

[1]) Const. 35. C. si adversus delictum (2. 35).
[2]) Const. 18. pr. de jure deliberandi (6. 30).
[3]) §. 10 J. de inutilibus stipulationibus (3. 20).
[4]) Fr. 22 pr. D. de lege Cornelia de falsis (48. 10).
[5]) Fr. 5. §. 2. D. ad legem Aquiliam (9. 2).
[6]) Fr. 111 D. de regulis juris (50. 17).
[7]) Fr. 23. D. De furtis (47. 2).
[8]) Const. 35. C. si adversus delictum (2. 35).
[9]) Fr. 2. D. de termino moto (47. 21).
[10]) Fr. 37. §. 1. D. de minoribus viginti quinque annis (4. 4).